

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XVII. Quo sensu Christum dixerit deificasse naturam humanam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

56
ta illa criminatio est, qua afferunt cum duos Christos predicare. Fuit ea vox improbi primum Mar-
cionis, alterum Christum Tiberianis ortum temporibus agnoscens; futurum alterum,
in Iudaici statu restitutionem destinatum censentis, uti commemorat Tertullianus lib. 4.
contr. Marcion. cap. 6. Nihil autem huic consentaneum vel simile fuisse Origeni objec-
tum liquet ex Pamphili responsione. At deinde Nestorius cum duplice Christum per-
sona confitare profiteretur, duos Christos induxisse, ipso licet reclamante, dictus à Patribus
& creditus est. Nec fatis extar parne aliquid vel diversum Adamantio affidavit sit. Hanc
certe qualecumque criminacionem, cum superioribus pugnantem, tribus Origenis ipsius
testimonii infringit Pamphilus. In congerendis ex magna copia pluribus, quæ unicuique
obvia sunt, frustra labor impenderetur nobis; cum prefertim in Origenianis quæ su-
perficiunt lucubrationibus, ne vel minimum quidem erroris hujus vestigium reperire me-
minerim.

XVI. Catena in Psalmos à Balthasare Corderio edita, ad versum 3. Psalmi 42. exhibet
verba hæc ex Origeni: οὐδὲν αἰσχρόν μέγαν ἀνεύθυντο τὸν τοῦ Θεοῦ εὐδιάλυψαν. Habemus Poniti-
cem magnum Iesum, qui indatus est Filio Dei. Quæ locutio sane male sonat, & eam harcēm sa-
pit, quam deinde propugnat Nestorius. Nam si Verbi divinitati Christi cir-
cumposita, & humanitas divinitate induita intelligitur, ut ex voce εὐδιάλυψαν intelligi de-
bet: impellitur utique ex eo animus ad fingendam sibi γόνον duntaxat quamdam, & γενέσιν
utriusque naturæ convenientiam; qui fuit Nestorii error. At si Verbi divinitatem dicas
aliumfuisse & induisse humanitatem Christi, significabitur hypothatica θεων. Quia ergo hic
ad delusionem Origenis prescriptione utemur: communī illa scilicet, & quæ hoc opere C
facte nobis usurpata est; cum res hac atate nondum fuissent dissertationibus illustrate &
excusæ, in lubrico versatum Origenem lapsus veniam mereri. Ad' de Catenam unde fra-
gmentum hoc petutum est, aliisque generis ejus collectiones pene omnes levis admodum
eile fidei, ut alio loco demonstramus.

XVII. Progediamur ad aliud Origenis penitendum dogma, quod Tract. 27. in Matth. continetur: Quidam a teum de publicis quidem & manifestis capitalis non dissentient; ut puta de uno
Deo, qui Legem & Evangelium dedit; aut de Christo Iesu primogenito univoco creature, qui in fine
seculi secundum predicationes Prophetarum venit in mundum, & suscepit in se veram humanam carnem
naturali, ut etiam nativitatem subiret ex Virgine, & mortem crucis suscepit, & surrexit a mortuis, &
desificavit quam suscepit humanam naturali. Quo sensu desificatum à Christo naturali huma- D
nam dixerit, dubitari potest: nam si vocem illam, desificavit, ita accipiamus quasi Verbum
in naturali humanam conversum, & naturam proinde corpoream in Deum esse mutatam,
ejusdemque esse ac Verbum substantia voluerit Origenes, manifestus erit utique capitalis
illius erroris, quem Apollinaris in Ecclesiam invexit; vel hujus erit potius flagitiū reus,
quod in se Eutychianorum facta quedam concepit, dum humanam Christi naturam in di-
vinam post mortem ejus & resurrectionem transisse decerneret. At si humanam Christi
naturam exuta post mortem infirmitate divinam quamdam suscepisse qualitatem modo
significavit, eequid invidiam illi vel movebimus, vel moveri hoc nomine patiemur? At-
que eo propius spectant verba Origenis. Verisimile sane est veterem Origeniani in Mat-
thæum Commentarij Interpretem vocem hanc, desificavit, qua utitur, ē Græco, ιδίως, E
vel, ιδίων, reddidisse. Atqui humanam naturam in Christo statim post conceptum
Ιανουαρίου, & Ιουνίου, complures Ecclesia Patres pronuntiarunt. Gregorius Nyssenus
in Iambicis:

Ἐντο Στοιχεῖον, Εἰ Στοιχεῖον, Εἰς Θεόν

Ita quod desificat, & quod desificatum est, unus est Deus.

Chrysostomus Homilia 2. de Ascensione, in qua Christum dicit οὐδὲν μέγαν ἀλλού, καὶ
νέπος εἰναι αἰσχρόν, Εἰ Στοιχεῖον, & νομραν naturam affersisse ac desificasse. Iohannes quoque Damascenus libr. 3. De fid. orthod. cap. 12. σεβεται τὸν Θεόν θεοῖς αλλού assertit.
Vocem Στοιχεῖον eadem notio usurpavit Athanasius Orat. 4. cum Στοιχεῖον αλλού τοις
in Christo, & Christi jam resurgentis Στοιχεῖον carnem dixit. Atque illud est quod sibi F
vult Augustinus libr. contra Sermon. Arianorum cap. 8. cum ait: Ergo & ista humanitas il-
lius divinitatis nomen accepit. Huic ipsis igitur naturæ, quæ Στοιχεῖον, & Στοιχεῖον, simul ut
eam assumit, & in terris versatus est Christus, diéta est, aptius etiam voces ista conveniunt,
postquam mortem crucis suscepit, & surrexit a mortuis. Nam per mortem mortalium cor-
porum imbecillitatem depositum ipsius corpus, & virtutem quandam divinam suscepit.
Orig. libr. 3. cœnit. Cels. Hanc Origeniani loci, quam damus, expositionem confirmat ipsius Origenis ad Celsi ca-
villationes responsio: οὐ δύναται, inquit, αὖτε μη, καὶ τοιούτοις εἰ αὖτε φύλον, τοιούτοις
Στοιχεῖον & πολὺ πονηρόν, αὖτε & ιδίως, Εἰ Στοιχεῖον, τοιούτοις πολὺ πονηρόν, καὶ οὐ ξείρι
Στοιχεῖον πονηρόν εἰς Στοιχεῖον πονηρόν. Tum Christi corpus cum materia confert, om-
nium per se qualitatum experit, eas vero recipiente, qualicumque ei Opifex rerum indire
voluerit:

LIBER SECUNDVS.

57

A voluerit: deinde addit: η Σαντασδε τη ποιωνται η θειται και το θειον στραγη, αποροις επεις ευληθετος, μεταβαλλεται εις αιδεντον και οντας ποιωντα: Et paulo post: θεου δικαιος οντος τον εισαρχοντα επιβατη ποιωνται την επιστρεψην ποιωνται οντας, πας ο θεατης και την στραγη η ιστος αμειβεται ποιωνται γαρ ηγετονται ποιωνται, ο ποιαν ιηται η την ει αιδει, και τοις αιδεισιας αιδεις τοποι ποιωνται, σοινη ιησας ιης ο παρος αιδεισιας ιησε;

XVIII. Est apud Hieronymum in Ierem. 22, lechoniam filium Joakim, qui annulo comparatur, & vas contritum, ac vir sterilis appellatur, ad Christum retulisse Origenem libr. 5. Stomat. qua intercederunt. Optime Sextus Senensis: *Credibile est libris qui extant, Ori- genem hoc ut pote allegorice exponentem protulisse de Christo, eo sensu quo Paulus auctor est dicere Christum factum pro nobis peccatum, maledictum, execrationem, hoc est, oblationem pro peccato, & malefici- B. tione cui eramus obnoxii. Quod si quis praterea haec Ieremias ad Isaiae 52. 14. & 53. 2, 3. ex- penderit, Origenis interpretationem minime mirabitur.*

XIX. Cum Patrum aliquot testimonijs lese tueantur Vbiquistae , quorum verba vel male intelligendo pervertuntur, vel male interpretando corrumptuntur; pari quoque jure Origens patrocinium asciscere poterant, qui Tractat. 34. in Matth. scriptum id reliquit: *Non aliquo quidem loco apparebit Filius Dei, cum venerit in gloria sua, in altero autem non apparebit.* Sed si-
c ut ipse secundum comparationem fulgoris excedens adventum suum voluti demoratur dicens: *Sicut dixi
vobis: Ecce in deserto, nolite exire; Ecce in domo, nolite credere.* Sicut enim fulgar egreditur ab
Oriente, & apparet usque ad Occidentem, sic erit adventus Filii homini: sicut enim fulgar egrediens ab
Oriente, & propterea quod omnia implet apparuit usque ad Occidentem; sic cum venerit Christus in glo-
ria sua, proptereaque ubique futurus est, & ipse in conspicuè omnium erit ubique, & omnes ubique erunt
in conspicuè ipsius, & sic constituant ante sedem gloria ejus, hoc est ante regnum ejus, & potestatem
dominationis ipsius. Id solvere se putat Genebrardus, uero quisquis verba hæc ad oram attexuit:
Vbique futurus Christi adventus, sed successivè. At repugnat fulguris exemplum, quod non suc-
cessive, sed eodem ferme punto temporis Orientem & Occidentem collustrat, propterea
quod omnia implet. Ego vero non humanitatis Christi corporeis usurpanda oculis, sed divi-
nitatis menti apparitura praesentiam significari censeo. Faciunt fidem que proxime pre-
cedunt: *Quanto magis recte dicuntur omnes Gentes ante eum congregande, & constitutende, quando
palam omnibus tam bonis quam malis, tam fidelibus, quam infidelibus fuerit factus manifestus, ante
oculos mentis eorum iam non fidei aut diligentia aliquipus inquisitione reperius, sed iustus divinitatis sue*

D *manifestatione prelatu*s*.* Fidem quoque faciunt, quæ Tractatū in Matthaeum superiorē leguntur, in quo hæc edifferens, *Homo quidam peragre proficisciens*, &c. querit qui peregrinari dici possit Christus, quem ubique esse Litera Sacra demonstrant; tum subiicit Christum qua est Deus Verbum, & Sapientia, & Iustitia, & Veritas, corporeo ambitu non circumclusi, & secundum divinitatem suam ac virtutem ubique esse, sed secundum dispensationem corporis quod suscepit, peregrinari. Idem adstruit Homil. 6. in Luc. & Christum, qua virtus est Dei, omnia pervadere docet, coelestia, terrestria, & inferna. Et libr. 10. in Epist. ad Rom. postquam Christum non alicujus loci terminis circumscribi, sed ubique penetrare, & per omnia diffundi declaravit; Sed ita, inquit, debes sentire de Christo, tamquam de Verbo, & Veritate, & Sapientia, & Iustitia Dei. Hec autem omnia non in loco quadruntur, sed ubique adiungunt, neque ab Inferni locis evocantur, sed mente sola, intellectuque capiuntur. Arque ita intelligendus Tom. 2. in Iohann. p. 82. cum ait: *μὴ μάθεντα πλευραί την αὐτῆς βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ οἱ,* τὸν γνωμόνα αὐτοῦ τραγουδῶντες στόλισσον, δικαιουούσι την πάτην της κορώνης, της λογοτεχνίας, ὅπου μέσος ἡγεμονίας ἔσται ὁ μέσος τοῦ εἰδαστοῦ, ὅπου μονοι τοῦ ιεροῦ Θεοῦ.

X X . Sequitur placitum aliud Origenis de morte Christi , non hominibus solum modo utili , sed Angelis etiam , & sideribus , ac rebus creatis quibuscumque . Ab eo si quis alienum penitus fuisse Origenem pertendere velit , candorem ille omnem ac pudorem projiciat necesse est , cum hanc in eo sententiam castigant ac coarguant Veteres plerique , & eam claris ac iteratis testimonis consignatam reliquerit . Sed quoniam res intricata est & perplexa , accuratius videtur perscrutanda .

XI. Theophilus Episcopuſ Pafchal. 2. ſenſile cum queritur *Christum pro Demonib⁹ ac spiritualibus nequitis ayoſ S uper adiſendum cruci*; atque hac dicendo deinde amplificans pro more ſuo & extendenſ, multa inde pestifera conſequi oſtendit. Ac hujus deinde au- toritate & verbis ad eundem profligandum errorem uſus eſt Hinemarus in libr. De pra-destinatione, cap. 27. Non aliter Hieronymus Apolog. adv. Rufin. libr. 1. cap. 5. *Origeni tu⁹*, inquit, liceat *Christum dicere ſepe paſſum, & ſapiens paſſum, ut quod ſemel profuit, ſemper proſit aſſumum.* & Epift. 61. ad Avit. cap. 4. Cumque dixiſſei (Origenes) juxta Ioh. 4. vniſ Apocalypſim, Evangelium ſempiternum, ideſi f. turum in celis, tantum procedere hoc noſtrum Evangelium, quan- tum Christi predicatione Legi veteris ſacramenta; ad extreſum intulit (quod & coigitate ſacrigem eff.) pro ſalute Demonum Christum etiam in aere, & in ſupernis locis eſſe paſſuram. Et licet illi non diſixerit, tamen quod conſequens ſit intelligitur: ſicut pro hominib⁹ homo factus eſt, ut homines liberaret; ſic &